

## VITÆ S. THOMÆ TABULA CHRONOLOGICA.

---

1116. — In terra sancta captus Gilbertus Becket inservit Amurath, cuius filia christianum servum Mathilda deperit.
1117. — Fugit Gilbertus et Londinum repetit, comitante Mathilda; quam, modo nuptam, deinde relinquit, iterum cruce signatus.
1118. — Natus est Thomas Becket. Eadem nocte Gilberti domus incenditur.
1121. — Redit Gilbertus.
- 1130-35. — Ad id temporis, Thomas prioris Mertonensis tutelæ demandatur alumnus.
1139. — Obiit Mathilda.
1140. — Apud Parisios studiis vacat Thomas Becket.
- 1141-43. — Osberni Octonumini [sic] clero fungitur officio. Non multo post ad Theobaldi archiepiscopi curiam accedit, ubi diaconus, deinde archidiaconus ordinatus Olsordii et S. Marie ad rivos [Strand] beneficia, Beverleiacum dominium, nec non alia privilegia obtinet.
- 1155 [al. 58]. — In cancellarium eligit eum atque recipit rex Henricus. Pacem regni Thomas reformat.
1159. — Inter Tolosanum comitem et Francorum regem bellum desœvit.
1160. — Ad Francorum regem delegatus accedit Becket.
1161. — April. 16, obiit archiep. Theobald.
1162. — In archiepiscopum eligitur Thomas. Westmonasterii, feria quinta ante *in albis* confirmata electione, Cantuariae, *in albis*, ordinatur presbyter, mox a Vincigliensi Henrico in archiepiscopum consecratus. Ipse dicit Readinensem abbatiam et præst S. Edwardi, cognomine confessoris, corporis translationi, quæ equidem, eo procurante, splendidissime celebrata fuit. Privilegia, non jure irrogata, revocantur.
1163. — Concilio Turonensi adest. Quia Ecclesiæ reformat pacem, regem a se alienat.
1163. — Kal. Octobris concilium usurpat Westmonasterii Henricus rex. Abest Joannes Sarisberiensis exsul.
1164. — Celebratur Clarendonense concilium. Ter fugæ consulit incassum Thomas Becket.
1164. — Pridie Non. Octobris seu feria tertia, usurpator Northamtonense concilium; aufugit archiepiscopus iii Id. (feria tertia) ac Flandriis perlustratis papam Senonæ adit; quo jubente, Pontificatum pergit, ibidem commoraturus.
1165. — Annum quiete perducit Pontiniaci.
1166. — Fautores quosdam regis excommunicat; quam excommunicationem, Vezzelæ, regi ipsi minatur.
- 1167, 68, 69. — Per hos tres annos, dum subiuste undequaque conversantur et sive facta ad Romanam sedem appellant, Londinensem et Sarisberiensem episcopos Thomas vinculis innodat excommunicationis. Tum rex, ad componendam pacem inter omnes, apud Montmirail, Montem Martyrum et alibi cum schismatico imperatore Frederico consilium init.
1170. Freitvileæ, tandem conceditur ut archiepiscopus sedem suam repeatat; quod tamen per nonnullos menses, semper reluctantre rege, non efficit.
1170. — iv Non. Dec. cum denuo rediisset archiepiscops, vix quatuor hebdomadis tum Londini quum Cantuariae exemptis, a quatuor equitibus idem, in sua ipsa Cantuariae metropolitana ecclesia, P. M. hora quarta, iv Kal. Januarii trucidatur, ac die sequenti in ecclesiæ ejusdem crypta tumulatur.
1171. — Translatio Thomæ, cuius reliquiae, astantibus Henrico III rege, priuatibus et totius regni clero, in splendidissima capsa deponuntur.